Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



sit in domo domini ibimus ℣ Fiat pax in virtute tua et habundantia in turribus tuis
Alla ℣ Qui posuit fines tuos pace et adipe frumenti satiat te Secundum Luca
Illo tempore Dicebat ihs ad discipulos suos parabolam istam
quia oportet semper orare et non deficere dicens Iudex quidam
erat in quadam ciuitate qui deum non timebat et hominem non reue
batur Vidua autem quedam erat in ciuitate illa et ueniebat
ad eum dicens Vindica me de aduersario meo Et nolebat
per multum tempus Post hec autem dixit intra se Etsi deum non time
ne nec hominem reuerebor tamen quia molesta est mihi hec uidua uindi
cabo illam ne in nouissimo ueniens suggillet me Ait autem dns
Audite quid iudex iniquitatis dicit Deus autem non faciet iu
dicium electorum suorum clamantium ad se die ac nocte et patiens
habebit in illis Dico uobis quia cito faciet iudicium illorum
Offertorium Sicut holocaustum arietum et taurorum et sicut milia agnorum
pinguium sic fiat sacrificium meum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi quoniam non est
confusio confidentibus in te dne Secreta Deus qui credentes te po
pulos nullis finis concludit territoribus disiunge preces et hostias
dicate tibi plebis suscipe ut pax tua pietate concessa perpetuorum
finis ab omni hoste faciat esse securos Per Dominum Amen dico
uobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet uobis Complenda
Deus auctor pacis et amator quem nosse uiuere cui seruire regnare est
preces ab omnibus impugnationibus supplicantes tuos ut
qui in defensione tua confidimus nulli hostilitatis arma timeamus
Salus populi ego sum dicit dns Missa pro quocumque tribulatione
de quacumque tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos et ero
illorum dns in perpetuum ℣ Adtendite plebes mea Deus qui
contritorum non despicis gemitum et mentium non spernis affectum